brum cum desiderio tamen expectatum significat: spero dignum dante, dignum accipiente præmium: & monitorem se D. Clutenius offert. De reliquis exemplaribus D. Remo unum dedi; itemque unum Joanni Ludovico Stradæ, Quæstori Reip. nostræ, Mathematum bene gnaro, tuorumque præcipuè scriptorum admiratori. Vidit apud me tuam Harmonicem: cujus exempla non exstant in bibliopoliis nostris. Fac quæso sciamus, unde is librum tantopetè expetitum sibi comparare possit.

Francofurti scio apud Tampachium prostare tua pleraque: sed de Harmonice, quippe Lincii excusa, dubitamus. Sed & D. Habrechtus Medicus, remissum pridem exemplar tabularum, præter opinionem (credo quod Francofurti non minoris emi didicisset) nuper repetiit. Ita

super-